[10.] Item fuit mandatum per literas apostolicas dicto domino G., tradere omnes pecunias, quas in Almania reciperet, mercatoribus de societate Albertorum in Brugis vel Bruxellis et

1) *Am äusseren Rand zu diesem Abschnitt von γ: „fiat verbum domino pape“.*

2) *Ist offenbar zu ergänzen.*

3) *Die drei letzten Zeilen des Ms. von in potestate an am äusseren Rand angestrichen und „atende“.*

4) *Die vier letzten Zeilen des Ms. von conferendi an angestrichen und atende am äusseren Rand.*

5) *Die drei letzten Zeilen von Et esset an wie not. 4.*

Am innern Rand auf der Höhe der Zeile, in welcher der Satz quod de diversis beginnt, ein Kreuz (†) von γ.

secundum convenciones, quas habuerit ¹⁾ cum camera apostolica et illis mercatoribus. fuit eciam per alias literas apostolicas data potestas, dictas pecunias recipiendi a dicto domino G. et ipsos quitandi de receptis. nunc vero de mense aprilis ²⁾ finite fuerunt dicte convenciones, quas dicti mercatores cum camera habuerunt, et ammodo non curabunt pecunias recipere, nisi forsitan daretur eis magnum lucrum. quod patet quia durantibus convencionibus eciam recipere recusarunt, ut supradictum est, in pecuniis domini Treverensis. et cum pauci reperiantur mercatores bene ydonei fide et facultatibus et illi velint recipere magnum lucrum pro cambio (quia, ut expertum est, vellent ad manus recipere 10 flor. pro centenariis), — ideo esset expediens, ymo necessarium, dictas convenciones cum dictis mercatoribus de societate Albertorum renovare et ipsis renovatis consimiles literas apostolicas in Almania nunciis apostolicis in Brugis commorantibus providere. alias pecunie recipiende in Almania non possent commode ad cameram apostolicam pervenire.

Item fuerunt dicto domino G. de Lacu tradite [per] dominum camerarium litere tam ex parte domini nostri pape quam ipsius domini . . came[rarii] destinat[e] dictis tribus collectoribus Alamannie scilicet dominis . . Wormaciensi [et domino . . Spirensi] et domino Sigero de Novolapide super antiquis debitis. camere a[postoli]ce e[xequ]endis ³⁾ et super annalibus beneficiorum que infra triennium per expec[tanciam] ex literis apostolicis obtinebantur. que fuerunt tradite et misse per dictum dominum G. dictis dominis collectoribus.

Est sciendum quod reservacio fructuum beneficiorum non devolutorum et maxime in forma pauperum obtentorum est in Alammannia scandalosa nec utilis, quia vix tales sciri possunt; sed reservacio indebite perceptorum esset magis conveniens, quia culpam habent, et magis utilis, quia omnis impetrans confirmationem ⁴⁾ vel novam provisionem saltem ex proprio vicio racionabiliter daret male percepta, et multo plures sunt tales quam alii infra triennium in forma generali vel speciali impetrantes.

Quantum spectat ad officium camere, est sciendum, quod in provincia Coloniensi dominus Sigerus in tribus diocesisibus intendit officio, in aliis tribus nichil fit pro camera vel modicum, quia in

¹⁾ Ms. hat (undeutlich) hearit. Der Abkürzungsstrich über hearit von β nachgetragen.

²⁾ also 1370.

³⁾ Das ce und e ist noch zu erkennen auf einem mit dem vorletzten Blatt zusammengeklebtem Rest.

⁴⁾ An der mit diesem Wort beginnenden Zeile auf dem äusseren Rand atende.

illis non est aliquis subcollector ¹⁾, nisi dominus Monasteriensis episcopus ²⁾, qui facit officium fieri per unum clericum suum et diu exereuit hujusmodi officium sub nomine dicti domini Sigeri de Novolapide . et sic propter defectum personarum multa perduntur in Almania et jura camere apostolice negliguntur. quare esset utile de opportuno remedio providere.

In provincia Treverensi in sola diocesi Treverensi intendit dominus . . episcopus Wormaciensis et ibi utilitas camere procuratur; in tribus aliis diocesibus dicte provincie commiss[is domino] ³⁾ electo Tullensi nichil novi scitur, nec curat domino Wormaciensi episcopo respondere, licet sibi tota Treverensis provincia sit commissa.

In provincia Maguntinensi, quantum est de commissione domini . . Wormaciensis et in provinciis Bremensi et Magdeburgensi, dominus . . Wormaciensis intendit officio ⁴⁾; sed longe melius et utilius fieret, si dominus Wormaciensis episcopus vellet per se intendere atque posset.

Nam dominus episcopus Wormaciensis ad evitandum expensas et invitaciones ad mensam adveniencium in negociis camere juxta patrie consuetudinem, prout experti fuimus, fugit aliquando [in remota ⁵⁾ loca et negocia committit aliis, qui tam utiliter non possunt [nec vol]unt negocia expedire sicut ipse, et ideo magna utilitas camere ne[gligit]ur . quare revera expediret sibi in aliquo stipendio subvenire, quia stipendium vix tantum ⁶⁾ sibi posset deputari, quantum utilitatem in triplo majorem pro curia procuraret ⁷⁾.

In quatuor diocesibus provincie Maguntine et diocesi Basiliensi ac provincia Salzeburgensi de commissione domini episcopi Spirensis nichil utilitatis percepimus, ymo dicitur, quod in tota Salzeburgensi provincia et predictis diocesibus nullus sit collector

1) *Das ursprüngl. collector vom Schreiber ausgestrichen.*

2) *Florentin von Wewelinghofen 1364—1379.*

3) *is steht am Ende der Zeile auf einer Rasur, domino am Rand daneben, beides von β.*

4) *Diese beiden Worte standen ursprünglich schon grade eine Zeile höher zwischen Wormaciensis und et in, sind aber dort durchstrichen vom Schreiber.*

5) *Kaum noch zu erkennen, namentlich ist das in remota sehr unsicher. Nach dem spätern, p. 611 müsste man lesen privata, allein das ist fast noch weniger mit den dürftigen Resten von Schriftzeichen zu vereinigen.*

6) *Dieses Wort ist von β übercorrigirt, in den beiden t und u. Das ursprüngliche ist, weil radirt, nicht erkennbar.*

7) *Die drei letzten Zeilen von ideo an angestrichen am äussern Rand.*

nisi vocaliter, quia dominus Spirensis pluribus annis stetit cum domino imperatore et officio non intendit.

In provincia Pragensi subcollector noviter est defunctus et dominus episcopus Wormaciensis, cui dicta provincia est commissa, nullum utilem ut dicit, sciret ponere, nisi mentes et intenciones personarum dicte provincie personaliter temptaret, et quia veretur expensas camere, provinciam illam non presumit accedere, quia per se non sufficit ad expensas tales. et sic eciam ibidem negocia neglecta remanebunt, nisi cum domino episcopo Wormaciensi vel modo alio aliter ordinetur.

Est sciendum quod collectores boni vix haberi possunt, quia cum collectores oporteat in tercio loco residere, ubi pecunie secure possint persolvi et per mercatores ulterius secure transmitti, ipsi negligunt proventus beneficiorum suorum. et quia capitulum „cum dilectus“ de clericis non residentibus ¹⁾ dicit expresse, quod illi fructus sue prebende assignari debent qui in servicio apostolico occupantur, rationabiliter hoc posset declarari vel saltem extendi per privilegium ad collectores, presertim quia episcopi singuli habent ²⁾ canonicos capellanos in eorum servicio occupatos, quibus in ausencia fructus ex integro ministrantur. et idem observatur per capitula ecclesiarum, quando aliquem mittunt in negociis ecclesiarum, quod eciam manualia eis ministrantur. et certe obsequiales camere non debent minori prerogativa gaudere. vel si istud non placet, saltem concedatur domino Wormaciensi potestas reservandi et conferendi beneficia collectorum decedencium, quia revera jam duobus annis in provinciis Magdeburgensi et Bremensi et nonnullis diocesibus provincie Maguntine nullus valens ad officium propter predicta et alios labores et maxime propter ingratitude multorum et eciam propter injurias eis multiplices irrogatas. nam sunt duo anni quod unus valens homo vocatus dominus Hermannus canonicus Dulmaniensis ³⁾ Monasteriensis diocesis per dominum Sigerum de Novolapide in dicta diocesi subcollector fuit deputatus et occasione mandatorum ecclesie per quendam tyrannum interfectus. verum expedit in aliquo respicere bonos collectores, alias camera dampna reportabit. et maxime expedit declarare, si aliquis ⁴⁾ appellaret contra mandata ipsorum, quorum vel cujus expensis

¹⁾ c. 14 X. de cleric. non resid. 3, 14.

²⁾ Die 4 Zeilen secure — habent am inneren Rand angestrichen, am äusseren: atende.

³⁾ Dülmen in Westfalen.

⁴⁾ Ms. aliquid.

defendere debeat litem in Romana curia. alias nullus collectorum procedet debita colligendo et exigendo ¹⁾).

Est enim ²⁾ dictus dominus episcopus Wormaciensis totus voluntarius et totus expertus et industrie magne ad utilitatem camere procurandam, dummodo sufficeret ad expensas. possent enim sibi alique commissiones graciose fieri juxta numerum quinque provinciarum sibi commissarum, videlicet ut singulis annis posset conferre quinque beneficia devoluta, habilitare et reconferre beneficia minus canonicè obtenta et quandoque translaciones facere id est permutaciones 5 auctorizare, aliquas personas utriusque sexus in provinciis sibi commissis monachandi necnon et aliqua beneficia laicalia conferendi, quia istorum beneficiorum collatio de consuetudine ad dominum nostrum, dominum summum pontificem spectat, quia istis indigeret pro favore et pro conductu, et insuper aliquid sibi pro stipendio deputare et posset sibi taliter provideri, quod in singulis provinciis et eciam aliis commissis neglecta reformaret et ordinaret, in ipsis collectores instituendo per quos magna utilitas camere proveniret.

Cupit eciam prefatus dominus episcopus Wormaciensis cum gracia domini nostri et domini camerarii ab officio collectorie absolvi pro eo quia dicit, se non sufficere ad exercendum dictum officium tam utiliter sicut vellet, tum quia consuetudo patrie est recipere hospites ad mensam; quibus ad eum venientibus ³⁾ propter officium collectorie cum providere non valeat propter exilitatem ecclesie sue, fugit ad loca privata et aliis negocia camere committit, qui tamen utiliter prochdolor ipsa negocia non pertractant nec sciunt pertractare sicut expediret; cum eciam, prout dicit, studio intentus fuit a juventute, a quo valde distrahitur propter negocia camere. sed non videtur absolvendus, quia pro certo hoc esset Alamaniam collectore viduare, quia vere oculus camere potest in illis partibus reputari. et idem dici potest de domino Sigero de Novolapide.

¹⁾ Die drei letzten Zeilen im Ms. (von et maxime an) am äusseren Rand angestrichen und „atende“.

²⁾ So corrigirt ß. Das noch vom ursprünglichen stehen gebliebene E und ni machen es jedoch wahrscheinlich, dass nur eine Verbesserung der Züge der Buchstaben vorliegt.

³⁾ Ms. hat das nach cum ursprünglich wiederholte ad selbst angestrichen.

1) Reverendissimo in Christo patri ac domino, domino A. archiepiscopo Auxitanensi 2) et domini nostri pape camerario.

Reverendissime in Christo pater ac domine noster quam plurimum honorande! humili et debita recommendacione premissa reverendissime paternitati vestre significamus per presentes, quod noviter hiis diebus ad partes nostras Frisie applicuit venerabilis et religiosus vir novus Sagremors de Pomeriis monachus Cistercii cum literis apostolicis ac nostri Cisterciensis ordinis, quem cum predictis literis rebus et familiaribus suis cum quali decuit reverencia fraternaliter suscepimus et graciose. qui predictus novus Sagremors omnes nos abbates Cisterciensis ordinis in claustro, quod Claruscampus dicitur, in simul congregavit nobisque ipsas apostolicas cum literis eciam dicti ordinis nostri presentavit unum ex tribus subsidiis a nobis et a clero Frisie petendum, videlicet primum per felicis recordacionis dominum Innocencium nobis et clero Frisie dudum impositis aut unum aliud duarum procuracionum aut tertium quod caritativum dicitur subsidium. nosque predictis intellectis et diligenter inspectis tanquam veri filii obediencie consensu unanimi respondimus, quod subsidium per felicis recordacionis dominum Innocencium impositum integraliter solvimus, inquantum nos tangebatur, prout apparet per literas reverendissimi in Christo patris et domini, domini . . tunc Nemausensis 3) episcopi et domini nostri pape thesaurarii, inde confectas et suo sigillo sigillatas, quarum tenorem paternitati vestre mittimus sub publica forma presentibus alligatum. super aliis vero duobus modis consensu unanimi supradicto respondimus, quod quantum in nobis est parati sumus subsidia et impositiones quascunque nobis impositas per dominum nostrum papam dare et solve, prout nostrorum monasteriorum facultas potest tollerare. super residuo vero cleri significamus paternitati vestre supradicte, quod nullam habemus super ipsum potestatem et qu[icun]que reverendissimam paternitatem vestram aliter informabit — salva semper gracia reverendissime p[aternit]atis vestre — anhelitum perdidit inter filios veritatis. tunc igitur idem novus Sagremors de Pomeriis per omnes vias et modos, quibus melius potuit, nos et nostrum quemlibet diligenter examinavit qual[e et] quod subsidium predictum per dominum nostrum summum pontificem clero Frisie impositum posset exigi ac levare et hoc cum sacramento et virtute sancte obediencie requisivit, nosque super hoc maturo et

1) Diese auf Seite 601 angekündigte Urkunde beginnt auf einer neuen Seite, obwohl auf der vorigen noch die Hälfte leer war. — Vor dem Anfang des Textes steht dasselbe Zeichen wie p. 601, 6.

2) Erzbischof Johannes II. Roger von Aux (Aux).

3) Bischof Johannes von Nîmes, † 27. Aug. 1369.

deliberato attendente consilio sibi respondimus tali forma, quod si dominus noster summus pontifex istud vult habere subsidium, de necessitate oportet, ut ipse dominus noster scribat per suas literas apostolicas forciori modo quo potest, videlicet archiepiscopo Bremensi, Trajectensis Monasteriensis et Osnaburgensis ecclesiarum episcopis et cuilibet particularum, ut ipsi in eorum diocesibus per suos officiales ac decanos ibi per eos constitutos levant et exigant subsidium supradictum. alioquin sub fide et constancia nostra non videtur nobis, quod unus solus denarius ab ipso clero Frisie ab aliquo alio possit exigi ac levari. scientes nichilominus, reverendissime pater, quod quidquid ipsi episcopi dicant, non est clerus in tota Alamania plus obediens suo diocesano quam clerus Frisie nec qui majores exactiones sustineat ¹⁾, sed ipsi episcopi imponunt eis rabiem inobediencie, ut ipsi jura camere apostolice in suo orario convertant et, quod pejus est, sic eos extorquent ac mulcent, quod in multis partibus Frisie oportet plebanos et pauperes ecclesiarum rectores eorum dimittere curas, et vagos et profugos extra patriam panem mendicare. insuper cum in partibus nostris ipsi domini episcopi non teneant modum procuracionum, placeat reverendissime paternitati vestre quantitatem subsidii in literis apostolicis apponere ac eciam monasteria et ecclesiasticas personas et seculares dividere, ut unusquisque de sua proposita ²⁾ obediencia coram dicto domino summo pontifice ac eciam vestra reverendissima paternitate merito valeat commendari. Scripta in Clarocampo predicto in festo dominice annunciacionis anno domini millesimo tricesimo septuagesimo.

1370
März
25.

Humiles et devoti servitores vestri	}	de Clarocampo de sancto Bernardo de Floridocampo de Jerusalem de sancto Benedicto de Scola Dei	}	monasteriorum ab- bates in partibus Frisie.
--	---	---	---	---

Sequitur quedam generalis informacio seu instructio status ecclesiarum et cleri Alamannie tam regularis quam secularis seu majoris partis ejusdem. et si infrascripti defectus et multi alii quos enarrare longum esset reformarentur, teste Deo majus bonum

¹⁾ Ms. hat noch einen vom letzten t über die Endsilben geführten Strich (also sustineant).

²⁾ ? Ms. ppta und den Bauch des zweiten p durch die Schäfte der beiden p gezogen, wie z. B. in der Abkürzung von pro.

nec plus Deo et bonis hominibus acceptum in dictis partibus fieri non posset.

Primo quod omnes collegiate ecclesie civitatis Leodiensis, excepta cathedrali, eciam ecclesie religiosorum non mendicantium insimul certam habent confederacionem, quam confraternitatem appellant, in scriptis et literis ab omnibus juratam et utinam non posset conspiracio potius appellari! huic confraternitati et collegacioni adherent omnes collegiate ecclesie totius diocesis. ex hac colligacione subscripta mala sequuntur, et exortum habent adversitates et scandala atque turbaciones, quas pro majori parte prelati Alamanie paciuntur, in quorum diocesibus similes colligaciones fiunt.

Primo quod nullo modo collegiate ecclesie civitatis permittant, se ab episcopo visitari. allegant prescripcionem secundum illud capitulum „irrefragabili“ de offic. iudicis ordin. ¹⁾

Item quando episcopus vult corrigere excessus eciam minimi coralis ²⁾ et secularis clerici ecclesiarum predictarum, omnes ecclesie et collegia indifferenter et communi voto opponunt se confraternitatem allegatam et defendunt illum de jure et de facto. et sic omnis correccio episcopi cessat, maxime quoad collegiatas ecclesias civitatis, qui in omni facto allegant libertates et consuetudines suas, ut sic impediunt episcopi jurisdictionem.

Item quia non formidant correccionem episcopi, quamplures eorum tenent publicas concubinas et publice in domibus suis focarias, et alia multa crimina committunt, quia quos timor Dei a malo non revocat, nullam super se formidare habent correccionem. et quasi idem est in quampluribus episcopatibus Alamanie.

Item archidiaconi et ipsorum vicarii ex consuetudine habent corrigere curatos ecclesiarum in ipsorum archidiaconatibus consistentes nec permittunt, quod episcopus apponeret manum. eciam episcopus formidat archidiaconos offendere propter dominos cardinales, qui multos pro se obtinent archidiaconatus. quos committunt suis vicariis regendos, unde propter desidiam (utinam non propter avariciam!) aliquorum et maxime vicariorum quasi omnes curati tenent focarias et hoc vicium est ita commune, quod quasi non reputatur amodo peccatum, et quilibet qui tenet focariam quasi prescit, quantum de anno in annum nomine convencionis solvere debet archidiacono.

In genere de statu cleri est sciendum, quod multi canonici et prebendati cathedralium et collegiatarum ecclesiarum parcium Alamanie et multi alii beneficiati curam animarum habentes et

¹⁾ c. 13 X. de off. iud. ord. 1, 31.

²⁾ = *choralis*.

maxime clerici ecclesiarum, in quibus soli illustres recipiuntur, clericaliter non incedunt sed plurimum dissolute: vestes talares non deferunt, ymo nec laycales honestas. nam adeo sunt breves, quod vix possunt tegere pudibunda et cum hoc sunt partite ¹⁾, capucia eciam modica et partita deferunt ad modum militum et armigerorum aurifrisata, caligas partitas et soculares rostratos et colorum diversorum similiter deferunt ultra omnem excessum, ita quod inter eos et laicos nulla differentia reperitur. tonsuram non deferunt, ymo illam deferendo se putant sperni et despici credunt et in tantum devenit abusum, quod portantes apud non portantes in derisum habentur. divinis officiis, propter que sunt eis collata beneficia, non intendunt nec prodolor bona crucifixi ²⁾ in usus debitos expendunt, sed potius tripudiis astrubludiis ³⁾ torneamentis dissolucionibus divagationibus et aliis insolenciis secularibus palam et publice, omni pudore et honestate clericalibus abjectis, insistentes sic pauperum bona consumunt. ad eorum ecclesias extra tamen divinum officium et ad eorum capitula eciam capitulando sic et taliter ire non verentur, scientibus et dissimulantibus eorum prelati, quos nolunt, ymo propter longum abusum, in quo dampnabiliter tollerati sunt, corrigere timent et formidant ⁴⁾; et quod est deterius sunt nonnulli archiepiscopi et episcopi, qui tales sint ⁵⁾ et taliter insedentes eciam de subjectis ecclesiis in domibus propriis tamquam familiares domesticos et commensales nutriunt et manutinent.

Item sunt quedam moniales in multis episcopatibus Alamanie, que ex fundacione fuerunt ordinis sancti Benedicti et adhuc dicunt horas secundum statum et ordinem illum et portant quandam habitum nigrum et quoddam velum ad modum ordinis sancti Benedicti, licet habitus sit valde deformatus et strictus, tamen bene videtur quod debet esse habitus ordinis sancti Benedicti. verumtamen nec hunc habitum nec velum ullo tempore deferunt, nisi dum ecclesiam intrant. aliis temporibus portant vestes tam seculares et aurifrisatas quantum aliqua secularis mulier excogitare sciret.

Item iste mulieres omnino se negant religiosas et ex eis eciam assumitur abbatissa non professa et ipse contrahunt matrimonium indifferenter quando volunt. placeret Deo, quod non pejus facerent! et multi probi et devoti crederent expedire, quod do-

1) = zweifarbig geteilt, nach Ducange.

2) Ms. crucifici.

3) So oder astrubludiis im Ms. Ich konnte das Wort nicht finden.

4) Ms. hatte schon hinter „corrigere“ de begonnen und nach et debent ausgeschrieben, hat aber beides durchstrichen.

5) Ms. sit.

minus noster papa tolleret ab eis totum ordinem beati Benedicti et ipsas concederet fieri seculares (secundum quod multe sunt in Alania) vel ordinaret, quod amodo servarent habitum et ordinem sancti Benedicti et que non vellent servare irent ad seculum, quia de difficili posset alio modo fieri de presenti.

Item est sciendum quod moniales Cisterciensis ordinis et multe alie habent cameras privatas quasi quelibet suam et ipsa monasteria nunquam sunt de die clausa (utinam de nocte!) et vere male et pessime reguntur per ipsarum visitatores. ad omnia predicta non esset melius nec facilius remedium adhibendum, quam quod dominus noster papa mitteret visitatores, qui una cum ordinariis visitarent exemptos et non exemptos quocunque privilegio vel consuetudine non obstantibus et asserunt multi valentes et devoti, quod in hoc seculo dominus noster papa per nullum factum plus posset placere Deo quam quod isto modo reformaret ecclesias Alanie que per premissa tam miserabiliter sunt collapse. et finaliter formidandum est quod ille, que nunc sunt omnino rebelles ordinariis suis, inobedientes sedi apostolice de brevi fient, nisi super premissis remedium apponatur.

Item abbates, qui sub secularibus principibus degunt, per aliquos principes et specialiter per unum pro aliis taliter constringuntur quod, licet eis per sedem apostolicam sit provisum, nullo tamen modo permittuntur intrare permissionem dignitatis sue, nisi magnas summas pecuniarum dent illis secularibus dominis; sicut abbas de Tongalloe ordinis Premonstratensis Leodiensis diocesis, cui dominus noster papa remisit servicium camere propter paupertatem suam allegatam, tamen solvit quinque milia florenorum domino temporali, antequam possessionem intrare posset, eciam si electio vel postulacio sic fienda ille per impressionem eligeretur, qui per turpes paciones vel potius minas sibi adquisiverit partes illius principis, in cujus terra monasterium suum constitutum est.

Item abbas Affligensis ¹⁾ de novo factus per sedem apostolicam solvit, ut dicitur et a fide dignis audivi, domine temporali triginta milia flor., ut illa promoveret eum, et fuerunt monachi capti vel saltem coacti violenter, ut eligerent et recommandarent eum sedi apostolice.

Item dicitur, quod dicta domina habuit omnem vayssellam argenteam predecessoris dicti abbatis Affligensis qui nunc est, quam violenter sibi usurpavit.

Item communiter omnes abbates sub principibus secularibus

¹⁾ *Afflighem, Benedictinerabtei in Brabant (Diöcese Cambray zwischen Brüssel und Alost).*

de anno in annum taliter exaccionantur, ut monachi et prelati non habeant quid commederent.

Item principes seculares intrant abbatias cum maxima familia et manent ibi per longa tempora expensis abbatis et monachorum, donec consumperint omnia victualia que ibi sunt, nisi redimant vexacionem, videlicet quod dent illis magnam summam pecunie ut recedant. similiter familie dictorum dominorum petunt pecunias a dictis abbatibus et monachis, ne inutiliter devastent et destruant bona abbaciarum.

Dominus comes Flandrie ¹⁾ optime co[n]servat et] manenet abbas et personas ecclesiasticas sub eo constitutas.

Item est sciendum quod multa devotissima monasteria pereunt in disciplina regulari propter objectum reservacionis (eo quod prelati dictorum monasteriorum non est provisum per sedem apostolicam), quia insolentes monachi ad primum verbum correccionis statim responderet prelati suis, quod ipsi non sunt eorum prelati. quare multi prelati monasteriorum cum fletu supplicant occulte, reservaciones tales revocari vel quod saltem alicui committeretur potestas elecciones alias rite factas confirmandi vel de novo providendi et ipsi eciam sponte et liberaliter camere vellent in aliquo subvenire.

Est eciam sciendum quod multa bona et jura ecclesiarum et monasteriorum sunt alienata, aliqua titulo reempcionis et aliqua titulo obligacionis seu aliis viis et modis illicitis; et cum prelati ecclesiarum vellent dicta bona reducere ad suas ecclesias, tenentes bona et jura ipsa nolunt fructus et proventus exerescentes expensas necessarias per talium bonorum et jurium conservacionem et emendacionem deducere in sortem solucionis summe principalis; et sic pereunt ecclesie et monasteria. et ut plurimum tales contractus usurarum faciunt clerici in maximum scandalum laycorum. quare expediret cum maxima cohercione contra clericos super eo providere et contractus taliter factos per dominum nostrum aut commissarium ipsius rescindere et retractare. et asserunt multi in consciencia et credunt, quod in duobus premissis capitulis dominum nostrum remediando super eis plus mereri, quam si in Almaniam construeret et dotaret de novo viginti monasteria monachorum.

Ulterius est sciendum, quod revera ecclesia Coloniensis non reformatur nec debita alienantur, ymo est juribus bonis castris villis opidis theuloniis redditibus et censibus supra modum destituta et, nisi cito ²⁾ provideatur ecclesie, amplius pacietur. ymo

1) *Ludwig III.*

2) *Ms. scito.*

clerus dicit manifeste, quod pocius expediret ecclesie habere episcopum quemcunque, ymo calamum libencius haberent pro episcopo quam ecclesia staret isto modo ¹⁾. Eciam dominus archiepiscopus Treverensis in presencia mea et aliorum nunciorum apostolicorum juravit et affirmabat, quod vicariatum ecclesie Coloniensis nunquam acceptasset, si offensum domini nostri non formidasset et si pro remuneracione hoc facere debuisset, non recepisset centum milia florenorum. et quia ecclesia bis lesa est, ymo collapsa duplici provisione apostolica, expedit bene providere ista vice, quia si non bene provideretur, affeccio Romane ecclesie in cordibus magnorum et multorum multum recederet et minueretur et de cetero occasionem reciperent electi rebellandi et se intrudendi.

Ecclesia Leodiensis optime regitur et multum in temporalibus est aucta tempore ipsius domini Leodiensis ²⁾ sed multum obstat sibi generalis rebellio populi.

Ecclesia Trajectensis parum proficit et sub isto episcopo ³⁾ plus deficit quam profecit.

Ecclesia Monasteriensis in multis debitis per istum dominum ⁴⁾ est relevata et bene regeret, si pacem haberet.

Ecclesiis Osnaburgensi ⁵⁾, que multum est dimembrata et debitis gravata per dominum Theodericum de Marcha propositum ecclesie Coloniensis, et Mindensis ⁶⁾, que stat competenter, noviter de episcopis est provisum et de ipsorum regimine adhuc parum scitur.

In provincia Treverensi ecclesia Treverensis multum profecit sub isto domino ⁷⁾ et valde bene regitur per ipsum et pacifice.

Ecclesia Metensis est obligata et satis magnis debitis gravata per istum dominum ⁸⁾ racione guerrarum et jura ipsius quoad civitatem dicuntur multum diminuta.

Ecclesia Tullensis satis est in debili statu, non ex culpa domini ⁹⁾ sed predecessorum suorum.

Ecclesia Virdunensis valde est collapsa et lesa per guerras tempore istius domini ¹⁰⁾, qui eciam bona ecclesie posuit in ma-

1) *Am inneren Rand von γ ein horizontaler Strich.*

2) *Johannes V. von Arkel 1364—1378.*

3) *Johannes V. von Virneburg 1364—1371.*

4) *s. p. 609, n. 2.*

5) *Melchior von Grubenhagen 1369—1379.*

6) *Wedekind v. d. Berge 1369—1383.*

7) *s. p. 604, n. 1.*

8) *Theodorich V. Bayer von Boppard 1365—1383.*

9) *cf. p. 603, n. 6.*

10) *Johannes de Bourbon 1362—1371.*

nibus laicorum pro certa pensione quia residenciam non facit personalem.

In provincia Maguntinensi ecclesia Maguntinensis est in magna potencia et iste dominus ¹⁾ multum eam emendavit et auxit usque ad tempora ista sed jam valde timetur de collapsu magno, quia dominus est sepe et periculose infirmus et regitur consilio laicorum, quia sua plus querunt emendare quam bona ecclesie conservare.

Ecclesia Wormaciensis totaliter est bonis et juribus destituta non per istum dominum ²⁾ sed per suos predecessores et predecessorem nec propter exilitatem ecclesie reduci possunt obligata ³⁾, quia restancia ad victum episcopi non sufficiunt; minuit tamen debita ultra 7000 flor. per devoluciones feodorum, que reconferre distulit donec ecclesia in aliquibus debitis relevaretur.

Ecclesia Spirensis jam habundat et debita sunt pro majori parte soluta per suffragium abbacie et eciam per absenciam domini ⁴⁾, qui apud imperatorem parcit expensis.

Ecclesia Argentinensis ⁵⁾ sub isto domino quasi in toto defecit juribus bonis et rebus.

Ecclesia Basiliensis multum sub isto domino ⁶⁾ est bonis et rebus destituta propter pronitatem domini ad magnas guerras et sine magna necessitate.

Ecclesia Constanciensis simpliciter et ex toto est collapsa et maximis debitis obligata et in tantum gravata quod dominus ⁷⁾ fugit in Gracionopolim, ubi latet cum paucis ad parcendum expensis. et ista ecclesia et per fratres et consanguineos domini est collapsa et cottidie plus et plus leditur per consanguineos et amicos licet dominus ipse in se dicatur bonus homo. unde et multi judicant expedire dominum ipsum transferri ad remotam ecclesiam, ubi eum consanguinei et amici non gravarent.

Ecclesia Curensis destructa est per Luthemislensem episcopum ⁸⁾ et nunc dominus est noviter promotus.

1) *Gerlach von Nassau* 1346—1371 (12. Febr.).

2) s. p. 595, n. 2.

3) *Am äusseren Rand von a ein horizontaler Strich.*

4) s. p. 597, n. 1.

5) *Johannes III. von Luxemburg* 1366—1371 Mai (trotz dieser Charakteristik auf den Mainzer Erzbisch.-Stuhl erhoben).

6) *Johannes von Vienne* 1365—1382.

7) *Heinrich III. von Brandis* 1356—1383.

8) Nämlich den früheren Bischof von Chur *Petrus Gelyto*, der 1368 nach *Leytomischl* versetzt wurde. Sein Nachfolger war *Friedrich II. von Erdingen* 1368—1376.

Ecclesia Augustensis in temporalibus bene stat sed est inquieta et ad istam transferri posset Constanciensis episcopus ¹⁾. expediret tamen literas translacionis illi transmittere qui ad Constanciensem promoveretur ecclesiam, ut illas tradendo redderentur jura Constanciensis ecclesie per fratres et consanguineos nunc domini occupata.

Ecclesia Eystetensis bene stat et iste dominus ²⁾ multum eam a debitis relevavit.

Ecclesia Herbipolensis est multum potens et multum aucta per istum dominum ³⁾. sed pro terris acquisitis ecclesia est infinitis debitis obligata, que continue crescent per usuras, nec episcopus curat reformare, quia canonici sui habent possessiones ecclesie pro maximis debitis obligata et proventus maximos, quos singulis annis recipiunt ex obligatis possessionibus nolunt deducere in sortem solucionis summe obligacionis principalis et exinde episcopus turbatus de canonicorum audacia permittit ecclesiam multipliciter gravari et eciam de bonis istius ecclesie dominus imperator dicitur habere magnam partem et obtinuit confirmationem a sede apostolica.

Ecclesia Bambergensis stat pacifice et quiete sub isto domino ⁴⁾. sed multum eam gravat debitis et expensis excessivis.

Ecclesia Hildesemensis optime stetit. sed hoc anno ex toto est destructa, ita quod non remansit villa ⁵⁾ nisi incendiis et rapinis sit destructa. obtinuerunt enim hostes ecclesie melius opidum ecclesie magnum et opulentum et jam tenent quia episcopus ⁶⁾ in nullo defendit ecclesiam.

Ecclesia Halberstatensis maxime fuit lesa per dominum Bambergensem et nunc eciam ex captivitate istius domini ⁷⁾. sed dicitur modo emendari.

Ecclesia Verdensis optime stat et bene regitur ⁸⁾.

Ecclesia Paderburnensis defenditur in manu forti per istum dominum ⁹⁾, qui est magis miles quam monachus.

1) *Vacanz in Augsburg 4. Oct. 1369—? Eintritt des neuen Bischofs 3. Sept. 1371. Der Vorschlag ist nicht angenommen worden. Viehnehr wurde der Bischof Johannes von Worms dorthin transferirt.*

2) *Rabno Schenk von Wildburgstetten 1365—1383.*

3) *Albert von Hohenlohe 1345—1372.*

4) *Ludwig von Thüringen 1366—1373.*

5) *Ein hier folgendes ecclesie ist durch untergesetzte Punkte getilgt.*

6) *Gerhard von Berge 1365—1398.*

7) *Albert III. von Berge 1366—1390.*

8) *Bischof Heinrich von Langeln 1367—1381.*

9) *Heinrich von Spiegel 1361—1380.*

In provincia Bremensi ecclesia Bremensis est bonis et rebus totaliter destituta, quia episcopus ¹⁾ tempore sue promocionis maximas pecunias exposuit Avinione sibi mutuatas per patrum suum ducem Luneburgensem. qui dux modo tenet castra et jura ecclesie et laycos archiepiscopo deputavit, qui omnes proventus recipiunt ac sibi persolvunt satis tarde.

Ecclesia Lubicensis ²⁾ bene stat. similiter et ecclesia Swericensis ³⁾. similiter et ecclesia Razeburgensis ⁴⁾, quia iste ecclesie stant in pace.

Ecclesia Caminensis totaliter per istum dominum noviter defunctum ⁵⁾ est destructa et debitis obligata et est de provincia Rigensi et vacat de presenti.

In provincia Salzeburgensi omnes ecclesie sunt obligate et debitis gravate, excepta ecclesia Salzeburgensi.

In provincia Magdeburgensi ecclesia Magdeburgensis oppulentissima per archiepiscopum defunctum fuit dimissa in pecunia et in rebus. sed nunc dominus ⁶⁾ eam gravat debitis propter excessivas et fatuosas expensas.

Ecclesia Merseburgensis est in statu optimo et bene regitur ⁷⁾.

Ecclesia Nuenburgensis est satis collapsa partim per istum dominum et partim per predecessorem ⁸⁾.

Ecclesia Misnensis est opulenta et in temporalibus habundans sed vacat de presenti ⁹⁾.

Ecclesia Brandenburgensis et ecclesia Havelburgensis ¹⁰⁾ satis sunt collapse.

Quantum ad pacem vel guerras patrie est sciendum quod dux Bavarie Albertus, qui est comes Hollandie Hannonie et Selandie, guerram habet cum comite Flandrie. audivi post, quod isti sunt pacificati.

1) *Albert von Braunschweig* 1361—1395.

2) *Bertram Cremon* 1350—1377.

3) *Friederich von Bülow* 1366—1375.

4) *Heinrich II. von Wittorp* 1367—1388.

5) *Johannes I. von Sachsen-Lauenburg* 1344[—1370]. *Damit ist also die Streitfrage entschieden, ob er 1370 oder 1372 gestorben (s. Gams, Series episcoporum, p. 267).*

6) *Albert von Sternberg* 1368—1372.

7) *Friedrich II. von Hoym* 1357—1382.

8) *Die Bischöfe von Naumburg Rudolf von Saleck-Nebra* 1352 bis 1362 und *Gerhard von Schwarzburg* 1362—1372.

9) *Seit 4. Jan. 1370.*

10) *In Havelberg wurde der bischöfliche Stuhl nach dem Tod des Burcard von Lindau (Zeit unbekannt) neu besetzt 25. Juni 1370 durch Dietrich II. Man.*

Dux Robertus antiquior comes palatinus elector imperii, et marchio Badensis ex parte una cum aliis suis complicibus ducibus Bavarie, et comes de Wirtenberg valde potens et dives ex altera habent guerras. duci assistit archiepiscopus Maguntinus, comiti episcopus Herbipolensis et favor imperatoris ¹⁾.

In tota Almania nusquam pax neque securitas, sed continuum periculum capcionis corporis et amissionis omnium bonorum; et maxime hec habent servitores camere formidare, quibus multe ponuntur insidie; quare nusquam audent ire sine conductoribus, quibus oportet pecunias dare non parvas et expensas.

Est etiam guerra inter ducem Gelrie ex una parte, et comitem Clivensem ex alia ²⁾.

Est etiam discordia consueta inter civitatem Colonie et clerum, que cito sedaretur ³⁾, prout creditur, si dominus noster papa aliquem mitteret, qui eos pacificaret et etiam esset utrique parti et tote patrie multum acceptum ⁴⁾.

4.

Zur Kritik der Lutherlegende.

Von

Otto Waltz in Dorpat.

Es ist kein geringer Vorzug der Lebensgeschichte Luthers von Julius Köstlin, dass sie der Lutherlegende an zahlreichen Stellen entgegentritt. Nicht wenige Gebilde der Sage zerstieben vor der Gelehrsamkeit des hochverdienten Verfassers. Doch bleibt

¹⁾ Ueber diese Fehde s. Stälin, *Wirtemb. Gesch.* III, 303 und Böhmer-Huber, *Reg. Karls IV.* Nr. 4879—4881. Sie wurde vertragen 17. Sept. 1370.

²⁾ Wurde erst 21. Juni 1371 vertragen durch Schiedsrichterspruch Albrechts von Holland etc., s. die *Urk. bei Nyhoff, Gedenkwaardigheden uit de geschiedenis van Gelderland etc.* II, 274.

³⁾ Ms. cedaretur.

⁴⁾ Ennen, *Geschichte der Stadt Köln* II, 375 weist nach, dass dieser Streit etwa Ende Juli 1370 durch Aufhebung des Interdicts beigelegt worden sein muss.